

tiâ , & de *Prædestinatione* dicta sunt:
 summa quodammodo continetur
 omnium, quæ de Deo nostro CRE-
 ATORE, REDEMTORE, SANCTIFICA-
 TORE, ex *scripturis* & *symbolo* discenda
 sunt.

Eadem ut distinctiùs & pleniùs ex
operibus considerentur; initium fa-
 ciendum est unde & *scriptura* &
symbolum specialiùs incipit; nem-
 pe à CREATIONE.

Cum enim tres sint præcipuè totius
scripturæ quasi BASES, seu *periodi* sim-
 pliciter *primæ*:

nempe I. de CREATIONE; in prin-
 cipio , in primâ nocte, in sex die-
 bus:

II. de PERFECTIONE; in die septi-
 mo.

III. de GUBERNATIONE, in tempo-
 re sequenti; & præcipuè de CORRU-
 PTIONE: quibus *historia Tholedoth*,
 seu GENERATIONUM mundi absol-
 vitur,